


XXX



*DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE*

**DOLORIBVS CAPITIS,
SCANDALO MEDICORVM
DIFFICVLTER REMOVENDO**

QVAM

ANNVENTE SVMMO NVMINE
CONSENTIENTE ORDINE AMPLISSIMO MEDICO
IN ALMA FRIDERICIANA

PRÆS IDE

*VIRO EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO
DOCTI SSIMO QVE*

DN. D. JOANNE JVNCERO

MEDICINÆ PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO
PATRONO AC PRÆCEPTORE PIE DEVENERANDO

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN ARTE SALVTARI HONORIBVS AC
PRIVILEGIIS LEGITIME IMPETRANDIS

Anno MDCCXLII. d. Octbr.

PUBLICÆ ERVDITORVM DISQVISTITIONI SVBMITTIT
AVCTOR RESPONSVRVS

IOANNES CHRISTOPHORVS UNTZER,
HALENSIS.

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.*

DODRUM CAPITI
BONIUS ET
PRAECAPIENS
DNI LOVINCENO
PRO HOMINIBVS AC
LOVANCIENSIBVS

VIRIS

AMPLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS ATQVE EXPERIENTISSIMIS

DOMINO

JOANNI JVNCCKERO

MEDICINÆ PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO

NEC NON

PÆDAGOGII REGII ET ORPHANOTROPHEI HALENSIS PRACTICO
CELEBERRIMO

PATRONO, PRÆCEPTORI ET PROMOTORI SVO
ÆTERNVM VENERANDO,

DOMINO

JOANNI EBERHARDO
JVNCCKERO

MEDICINÆ DOCTORI

ET APVD HALENSES PRACTICO DEXTRIMO FELICISSIMO QVE
DOMINIS ET FAVORIBVS, PARENTVM
INSTAR COLENDIS

PRO TOT TANTISQVE BENEFICIORVM GENERIBVS IN ME
MEOSQVE QVAM LARGISSIME COLLATIS

CVM OMNIGENÆ PROSPERITATIS ET FELICITATIS DEVOTIONE
IN GRATÆ MENTIS TESSERAM

PIA VENERATIONE

DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRALEM

D. D. D.

AVCTOR.

PROOEMIVM.



Onsideratu omnino dignum est, plurimorum eorum morborum, quos a longiore duratione *Chronicos* schola medica vocare solet, a nimia humorum quantitate, tantum non semper dependere, & molesta in iis symptomata, scilicet motus, varios dolores efficienes, ad hæmorrhagias naturales producendas respectum habere. Quamvis enim prioribus temporibus causæ horum morborum ex vitorio qualitatis fonte plurimi deriuare voluerint: longe tamen in hac re felicius est sæculum nostrum, quippe quo eruditorum virorum solerissimæ observationes id effecerunt, ut hæmorrhagias naturales & molimina ad illas tendentia a læsa fluidorum proportione seu a molesta eorum quantitate deducere plurimi soleant, eaque ratione certiore ad curandum viam præmonstrent. Interim minime negandum est multas adhuc difficultates horum morborum curationem pre-

premere: quem enim fugit, quam difficulter superari possint morbi congestionum & spasmodorum, quamque raro afflictiones arthriticæ, hypochondriacæ, hystericæ per medicamenta funditus auferri possint. Imprimis autem hæc difficultatis assertio de doloribus capitum verissima est: in his enim therapeuticae occupationes & practica tentamina per plures saepe annos extenduntur, raro autem constans solamen adferre observantur. Quid hujus moræ & difficultatis cauissæ sit specialioris, id in hac dissertatione passim indicatum est; eam enim ob rationem hoc de Doloribus capitum thema eligendum putavi, quoniam in eo amplissimus practicæ utilitatis campus aperitur. Fauxit Deus ut labor meus quantuscunque fructuosus sit, & multorum afflictæ capita sublevare possit.

CAPUT I.

Theoriam dolorum capitum sistens.

§. I.

Dolores capitum adeo inter homines noti sunt, ut solo nomine, qui sint, quisque nouerit; quare superfluum imo lectori tedium iudico, si rem sat planam & definitam aliis verbis definire & nominis

A 3

ideam

ideam per illa clariorem reddere vellem. Oriuntur autem capitis dolores odinarie a speciali, eaque copiosa, humorum versus caput congestione, eum quidem in finem suscepit ut sanguis abundans per nares excerni debeat.

§. II.

Dum de doloribus agimus, pluralis numerus docet, plures huius morbi species sub generaliori titulo esse comprehensas. Quarum vero *quatuor* potissimum in medicorum scholis scriptisque vulgo receptas offendimus. Prima audit *Cephalalgia*, reliquis multo frequentior. Altera species feminis propria est, & ab *HIPPONCRATE* *Ileos hematites*, a *SYDENHAMO* autem *clavus hystericus* appellatur. Tertia dicitur *cephalea*, & omnium grauissima est. Quarta vocatur *hemicrania* & capitis alterum tantummodo latus adhigit.

§. III.

Quamvis autem hi morbi respectu caussarum & finium multum convenient: eos tamen aliqua sejungit differentia, quæ in praxi medica nequit negligenda est. Hinc, quod ad primam attinet speciem, utilissima omnino eius est distinctio in *idiopathicam*, quæ a sanguinis abundantis immediata versus caput congestione oritur & hinc *pure* sanguinea est, & *symptomaticam*, cuius causa vel in ventriculo & sic dictis primis viis haeret, vel in aliis morbis, imprimis febribus acutis, ab humorum translatione ad caput contingit. Alia porro datur differentia, in praxi non inutilis, quam *subjectorum* & *temperamenti* diuersitas facit: Phlegmatici enim & sanguineophlegmatici, Cephalalgia *serosa* frequentius laborant, & dolores non tam vehementes, sed magis grauatiuos habent,

bent, qui ordinarie in coryzam, raucedinem reliquosque catarrhales affectus resoluuntur. Est vero & alia cephalalgiae species, quæ ratione prognoseos a sanguinea multis modis diuerat, & sepius instantis apoplexia signum est. Hæc adultiores, præsertim summe plethoricos, prægressa eximia sanguinis commotione, præter opinionem quasi adgreditur, dum ab occipite oriens, tensoriis maxime doloribus cerebri interiora penetrat & vertigine accedente, breui post sensuum vigoris sequitur amissio.

§. IV.

His de prima dolorum capit is specie præmissis, monendum est, qua ratione reliqua species ab hac & a se inuicem differant. *Claens* quidem *hystericus* & *cephalalgia* non nisi cauſis specialioribus distinctus est, dum a sanguinis menstrui in feminis, imo non numquam hæmorrhoidalis virorum, ad caput restrictione ortum dicitur. *Cephalæa* autem cephalalgiam & gradu & duratione longe superat, siquidem a congestione rheumatica potius quam simplici hæmorrhagica, oritur. Interim non negandum est, quod cephalalgia simplex per frequentem cauſarum repetitionem in sexu potissimum sequiori adeo habitualis interdum fiat & pertinax, ut a cephalæa parum recedere soleat. Quibus modis *Hemicrania* a reliquis differtur speciesbus, vel eius nomen docet. Et enim alterutrum capit is latus, sinistrum tamen sepius, occupat, & spastico-arthritica indolis est. Cæterum hic æque ac in reliquis speciesbus valet diuīsio in *idiopathicam*, quæ sanguinis respicit euacuationem, & *symptomaticam*, quæ a primarum viarum, mensium vel hæmorrhoidum vitiis, imo nonnumquam a dente carioso aliae occasionali cauſa dependet. Omnibus denique notum est, magnum dolores ipsos intercedere discri-

men

men & vnamquamque speciem suis, sibi quasi propriis
distingui doloribus, vid. *signa*; Hinc cum dolor alius sit,
qui *formaliter*, propter aliquam caussam fuerit, quam qui
ab ipsa *materia* oritur, non omissandam esse duxi hanc
a reliquis differentem *Cephalææ* potissimum speciem, quæ
ab *ulceroso-ichorosa* congestione, vel ab externis vio-
lentis caussis, vel a qualicunque etiam scorbutica humo-
rum dyscrasia, omnium vero maxime aliis venereæ for-
dibus originem ducit. Quos hæ materiæ efficiunt dolores,
ii falso ardore rodunt & acrimorsu terebrant, num-
quam præterea in solidum cessant sed semper fere conti-
nuando, nocturno potissimum tempore, quando cor-
pus per quietem incaluit, tam acerbi fiunt, vt ægri sæ-
pius lectum relinquere cogantur.

§. V.

Quoniam tantæ vilitatis est, morbum exacte nosse,
& quiuis sua, quibus ab aliis distinguitur signa habet; non
superfluum fore iudicau iuisciisque speciei propria
signa tradere. Quod ad primam ergo speciem, *Cephal-
algiam*, attinet, mitioris indolis morbus est, & eius do-
lores nec tanta vehementia nec pertinacia, vt cateri qui-
dem, inuadunt ac durant. Licet enim huius speciei dolores
vel lancinantem pungentem, ac prementem, vel pul-
santem seu cum arteriarum pulsu synchronum sensum in-
ferant, atque nonnumquam totum caput vel frontem,
bregmata, imprimis autem nasi radicem & ossis cribroſi
confinia sensu premente & ardente occupent; plerum-
que tamen post nonnullas horas remittunt & noctu ſæpe
plane cessant. In fronte sensibilis calor percipitur. Den-
tes facile dolor adgreditur & dum hos torquet, capitū ad
tempus

tempus parcit. Aurium concurrit tinnitus siue susurrus & oculorum vascula tam inflata sunt, ut rubore perfusi videantur, luminisque liberum accessum ferre non valent. Hæc omnia cum de insigni sanguinis ad caput coaceruatione testes sint; mirum non est, quod vasorum iugularium atque temporalium conspicua adsit distensio & inflatio atque tota facies rubeat, nisi accedente iam aliqua spastica tensione, mox rubor mox pallor, hinc inde inæqualiter distributus conspiciatur. Vertiginosa quidem capitis temulenta nonnumquam complicatur, ex qua insignis congestionis gradus argui potest; rarius tamen hoc symptoma accedere obseruatum est. In partibus autem ab affecto loco remotis, a motu strictiori tonico, alii & virinæ successus aliquantum impeditur. Feminas tandem, quounque mensum vitio laborantes, vel ante, vel sub, vel post eorum fluxum singulis mensibus ab hoc affectu vexari, compertum est.

§. VI.

Clonus hystericus, iisdem quidem stipatus est incommodis, in eo tamen a precedente morbo differt, quod feminas imprimis illas infestet, quæ jam antea pathematis hystericis laborauerunt. Conf. Excell. Dn. PRÆSES Conf. Theor. pract. Tab. de Malo Hypochondr. hyster. Atque dolores huius morbi Cephalalgiam longe superant. Imprimis acutissimi dolores circa tempora sentiuntur, vbi quasi determinati uno loco tam vehementer faciunt punctionuram, vt videatur clonus ibi esse infixus. In aliis vero circa futuram sagittalem sensus adeat frigoris tam sensibilis, ut ægri saepius conquerantur, frustum quasi glaciei ibidem positum esse. Caput cæteroquin erysipe la-

B

ceo

ceo quasi rubore inflatum est, in dorso sentiuntur dolores, qui ad nucham adscendentis in eadem nodos nonnumquam colligunt. Accedunt non raro febricula, extremonum frigus, adpetitus viresque deiecitæ, nausea & pertinax alui adstrictio, quæ symptomata ordinarie circa menstruum tempus recurrent, imo si vel in habitum abiit adfectus vel aliquid venerei conspirat, quod nostro æuo non ita rarum est, plane non cessare solet.

§. VII.

Cephalæa cum Cephalalgia si easdem habet causas, eadem quoque habet signa communia, nisi quod in illa omnia sint grauiora & pertinaciora. Sequior sexus, si Cephalæa corripitur, signa §. præced. prolata conspirant. Si ab ulcerosis aut venereis caussis oritur, dolores adiungunt illi, quorum §. IV. mentio facta est, & præterea uno tantum loco sine reliquis congestionis signis sentiuntur. Quodsi autem sanguis coagulatus seu meningum inflammatio in caussa est, dolores sunt acutissimi, quibus notabilis calor cum inexpibili siti accedere solet. Vertigo etiam per interualla & præsertim in declinatione morbi complicatur. De reliquo ægri sunt sensibilissimi ita ut neque exiguum corporis motum, neque lucem, potum fortiorem vel minimum strepitum ferre possint & semper decumbere debeant; siquidem capite erecto doloribus repente adfliguntur. *Hemicrania* tandem quoad dolorum grauitatem & vehementiam Cephalææ nequitiam cedit, sunt enim vibratiui, lanci nantes, spastico-arthritis seu summe dolorosi. Et licet alterutrum modo capitis latus occupent, facile tamen hinc inde vagantur dum ex osse bregmatis ad temporale & ex illo ad dentes

dentes vel istius lateris oculum, imo interdum collum ac brachium descendunt, superioribus partibus interim relictis, in quibusdam subiectis autem, vna tantum, ea-que exigua cranii pars intensissimo dolore occupatur. Summa denique adeat sensibilitas & propter strictum in remo-tis partibus tonum, alui siccitas adeat atque vrina in pa-roxymino quidem cruda adparet, eodem vero mitefcen-te magis saturata euadit, & copiosum deponit sedi-mentum.

§. VIII.

Subiectorum consideratio iam sequitur, quæ, vt cre-bris atque solertibus medicorum obseruationibus inni-titur, amplissimum quoque in cognoscendis morbis vsum habet. Genus quidem humanum omni die morbis sub-iectum est & omnes homines speciatim capitidis dolores ex-periri possunt; sicuti autem a potiori fit denominatio: ita etiam aliud temperamentum, ætas, sexus &c. præ alio huic adfectui ob noxiū est. Hinc generatim præmit-tendum esse putauī, quod diuersæ capitidis dolorum spe-cies sphis præced. allegatae imprimis quoad ætatem val-de inter se distinguantur. Hinc iuniores, cuiuscunque temperamenti vel sexus, magis mitiore gradu cephalal-giam experiuntur. *Cephalalgia* autem inter iuniores im-primis sanguineum vel sanguineo-melancholicum tem-pe-ramentum vexat, quibus corporis habitus floridus & facies est rubicunda. Femininus sexus quidem ordinarie cephalalgiae magis expositus est, quam virilis: nisi lo-corum diuersitas, ubi magnus adolescentum numerus est, v. g. in academiis, efficiat, vt virilis sexus sequiorem copia superet. Senes denique arthriticos etiam doloribus capitidis laborare obseruatū est.

B 2

§. IX.

Clavi hysterici subiecta ex antecedentibus iam nota sunt; hoc enim affectu femininus sexus potissimum affligitur & illæ quidem feminæ, quæ mensum vitio laborant. Attamen in viris, arthritico - hæmorrhoidalibus turbis vexatis similem morbum nonnumquam deprehendere licet. *Cephalæ* porro etiam feminæ præ viris expositæ sunt, exceptis illis, qui negotio hæmorrhoidaliter turbato laborant, vel in quibus aliquid ulcerosi, imprimis venerei, conspirat. In hoc etiam affectus speciatim maxime elucescit quid valeat temperamenti indoles in morborum indole cognoscenda: dum enim melancholicus potissimum hunc affectum experiuntur: eius pertinacia ordinaria e temperamenti naturali pertinacia facile conspicitur. *Hemicranie* tandem Cholerico-sanguineum temperamentum, quod sulphureo-agilibus & organicas particulis turget, maxime subiectum est. Feminæ iterum sepius quam viri illi succumbunt & istæ quidem præcipue, quæ mensum anomaliis laborant, vel speciatim illæ, quæ sterile agunt matrimonium; sexus autem virilis, si hæmorrhoidum adest turbatus successus, æque hunc experitur morbum. Tandem vitæ genus in subiectorum recensione ad ultimum referuare volui, quia ad omnes iam nominatos affectus suas maxime contribuit partes, ita ut doloribus capitis in genere sumptis ferre non subiecti sint, nisi homines cuiuscunque aetatis, sexus vel temperamenti. 1) Vitam agentes sedentariam & otiosam, 2) qui diæta laura, aromatica, spirituosa gaudent & 3) animi commotiones sœpe experiuntur.

§. X.

Iam nobis incumbit, ut ad *aetiologyam*, sive ne-

xum

xum caussarum dolorum capit is progrediamur. Ad quam eo luculentius explicandam, haud parum intererit aliorum quoque de hoc, quem tr̄ctamus, morbo opinione s adlegasse. Quemadmodum iam antiquissimae ætatis medici omnium morborum atiologiam e pure materialibus caussis, humorum potissimum prauitate, vel ab extra communicata vel in corpore genita, motus solidarum partium vario modo alterante, explicare studuerint, & recentiorum plurimi eos fecuti, non nisi maiori perspicuitate ab illis differunt; ita nonnullorum sententias strix̄t̄m adlegabo, vt forte opposita iuxta se posita magis elucescant. Sic veterum Galenicorum schola dolores capit is a frigida ac pituitosa materia oriri ait, ex qua graduatius imprimis dolor nasci dicitur, quemadmodum acutos & vehementes dolores a biliosa humorum dyscrasia adustisue quasi vaporibus caput ferientibus deriuat. TACHENIO placuit hujus morbi causas in acidi vel alcali sanguini interspersa excedente copia querere, dum hoc sanguinem nimis efferuescere faciat, illud autem cumdem coagulet, quam de fermentis sanguinis intemperie sententiam HELMONTIVS quoque secutus est. Secundum WILLISIVM Cephalalgiae caussa in spiritibus animalibus, ex quacunque causa distractis & fugatis, eoque ipso corpora continentia conuellentibus, hæret: in febribus autem dolores capit is suam debere originem putat e sanguine nimium efferuescente, partium distensionem efficiente, atque illam distensionem, dum partes debilitat, materiaque morbifica facilem concedit aditum habitualem efficere Cephalalgiam. In hæreditario capit is dolore aduersat malam integumento-

rum capitis & cerebri conformatiōnem (quæ tamen vix
vñquam deprehenditur) & materiam morbificam aſſerit
eſſe ſanguinem, ſerum, ſuccum nutritium vel nerueum,
eosque faculentis, ſulphureo-faliniſ, acidis, bilioſis par-
ticulis refertoſ, fibras nerueas stimulare variamque pro-
ducere dolorum ſensationem; quemadmodum ex SYLVI
hypothesi per eiusmodi acres & stimulanteſ halitus con-
tinui deberet ſolutio proficiſci. Vid. quoque pluribus
de hac re ZWINGERI *Theatrum Prax. med. Tit. de Cepha-
lalgia & Cephalœa.* CARTESIVS ciuſque aſſeclæ, ori-
ginem huius morbi æque tribuant particulis acribus, fal-
fiſ, acidis varieque deprauatiſ in mafſa humorum conten-
tiſ, quæ per arterias ad caput pulsæ atque nec figura nec
magnitudine poriſ, quos tranſeunt, respondentes, fila-
menta cerebri & meningiū diſſecare, lacerare & hinc
continui ſolutionem efficere finguntur, qua de re ulterius
vid. CARTESII *Lib. de Homine.* Ludicram hanc &
fere iocofam opinionem DOLAEVS quoque amplexus eſt,
qui adfectum noſtrum adpellat ingratam ſensationem ſeu
affectionem, quam, cum particulae ſupra nominatae pra-
uæ ſpirituſ animales ab inuicem ſeiungant, partium an-
nexarum conuulfio & corrugatio excitet. Quantis au-
tem diſſicultatiſ hæc laboret ſententia, vel ipſi agno-
uerunt eius auctores, cum Cephalalgia atiologiam ex-
plicatu diſſicillimam, iudicarint, id quod ipſe DOLAEVS
Encycloped. Cap. de Cephalalgia ſincere fassus eſt. Neque
noſtri æui alias Celeberrimi medici multum ab hiſ rece-
dunt opinionibus. Licet enim multi Germaniæ, Bel-
gii, Italiae Angliæque experientiſſimi viri, eas a grauiſ-
miſ, quibus laborant, erroribus repurgare ſtuduerint;
ſumma tamen corum hypothetiuſ eo redire ſolet, vt,
quem-

quemadmodum plurimorum morborum, ita & nostri caussas in mere passiva humorum depravatione & hinc dependente obstructione, stagnatione vel stasi querant.

§. XI.

Verum enim vero, omnes has opiniones multæ pre-
munt difficultates, quæ potissimum a posteriori & in mor-
borum curatione sese produnt. In his omnibus expli-
candis nimis prolixus essem, cum hac de re multa pro-
stent scripta, nonnullatamen meditanda me proferre oportet.
Cum plurimi medicorum *acrimoniam* humorum pro-
causa huius morbi aduscens, statim omnino queri pot-
est: cur hæc acredo in capite tantum hæreat, & ibidem
solummodo suam exerceat energiam, licet in toto cor-
pore dispersa: quia particularis humorum depravatio non
facile datur? Neque hæc acrimonia stasis & quasi criti-
cis temporibus recurrere valet: quibus saepe dolores ca-
pitis sentiuntur, imprimis apud homines narium hæmor-
rhagiis vel serosis excretionibus adsuertos. Attendendum
præterea est, quod huic adfectui obnoxii homines §. VIII.
& IX. recensiti, ut plurimum sint iuniores, vegeti, fani,
corporis habitu florido multoque sanguine prædicti, qui
ob has circumstantias tanta sanguinis dyscrasia laborare
non possunt, & quorum adeo languis, vena emissus, si
rigorose examinatur, optimus esse solet. Si porro ob-
seruamus homines Cephalalgia vexatos, communissime
vel a spontanea hæmorrhagia imprimis narium vel alia
arte facta sanguinis superflui subtractione, egregium ex-
periri levamen, imo adfectum saepius in totum cessare;
facile iudicari potest, aliam, quam acredinem subfuisse
causam, cum rationi non conforme sit, statuere velle,
omnem

omnem acrimoniam tam parua sanguinis excretionem esse remotam. Imo in ipsa lue venerea, vbi citra omnem controversiam maxima humorum adeat corruptio, eaque specificè acris, rodens ac morsicans, non in omnibus tamen subiectis deprehenditur capitisi dolor, nec, si adsit, tanta sequit vehementia, ac in aliis cæteroquin ianis hominibus. Denique experientia, in praxi obvia, huius rei falsitatem optime monstrat. Quid enim prodest in eiusmodi adfectibus tantam ægris ingessisse absorbentium, edulcorantium, obtundentium, aliorumque medicamentorum copiam? Quid strictissima dieta ac follicita ab aëris intemperie præseruatio iuuat? Qualis per non nullos sepe annos adhibita medicatio vix tantum præstat, quantum unica nonnumquam hæmorrhagiæ. In testimonium huius rei Podagra exemplo esse potest, cuius vulgo accusata acredo tanta medicamentorum, tam interne quam externe adhibitorum farragine tractatur, vt vna fortasse cura eam radicitus extirpatam crederes, nisi experientia contrarium monstraret; vbi autem dolendum, quod ægri tam diuturna minus adæquata medicatione viribus quasi exhausti, tandem in adfectus paralyticos imo apoplecticos coniiciantur. Confugenunt quidem nonnulli ad aliam caussam, quam in *obstructione vasorum vel stasi sanguinis* ponunt, sed quia hoc accidens est valde periculosum, quod tam frequenter in corpore contingere nequit, atque nos in aliorum sententiis adlegandis diffusiores esse non possumus prouoco ad B. STAHLII *Diss. de obstruktione vasorum sanguiferorum & GOHLII Tract. von dem von Vorurtheilen Francken Verstand in der Materie von den spiritibus animalibus.*

§. XII.

§. XII.

STAHLIVS cum omnes has sententias illam materiam non satis exhaustire perspiceret, eius aetiologyam eximio cum iudicio luculentius demonstrare cepit atque ipsius veritatem accuratissimis corroborare observationibus. Ex eius autem sententia & vi definitionis §. I. traditae, dolores capitis potissimum oriuntur a sanguinis versus caput congestione in finem haemorrhagicum susceppta. Materialis enim atque prima causa, ut plurimorum morborum, ita & nostri adfectus, Plethora est, & illa quidem vel simplex, vel cum spissitudine coniuncta, attamen in utroque casu praecipue commota. Pro qua afferatione stabilienda non multis indigemus argumentis, cum & magnus medicorum cohors idem nobiscum sentiat, & subiecta, quibus noster evenit morbus, ut plurimum sint Plethora, diæta laeta otioque indulgentes, quibus sanguinis subtractio multum adfert leuaminis. Vid. §. VIII. & IX. Hæc igitur commota Plethora, cum Corpus valde adgrauet, ansam naturæ præbet ad aliquam eius euacuationem per narres tentandam. Atque hi motus sanguinis congettoria Formalem causam dolorum capitis constituant, cum qua re etiam signa huius morbi, §. V. sq. explicata egestie conuenient. Hæc enim copiosior sanguinis versus caput congestio atque adfusio perficitur instrumento motu tonici, ultra naturalem sui gradum aucti, quo in partibus ab affecto loco remotis poroso-vasculosis aliqua fit fibrarum musculo-tendinearum ac nervosarum moderata constrictio, ut humores ibidem contenti vel cominus & immediate ad locum a natura intentum, vel eminus in eius vicinia comprimantur & coaceruentur, unde in hisce remotis partibus aliqua subsidentia, pallor, vasorum

C

rum

sum inanitio imo frigus sensibus se offerunt, quemadmodum contra in loco, ubi sanguis congestus est, eximia conspicitur partium turgescentia, vasorum inflatio, rubor & aestus. Ibidem enim natura non solum pergit sanguinem a tergo copiosius, quam naturalis quidem status postularer, eo propellere, sed etiam in loco affecto capaces paullo venarum ramuli aliquantum comprimuntur, quo liberior sanguinis refluxus paullulum impeditur & connexa vasa eum tam promte non possint recipere. Neutquam ergo in hoc adparatu congestorio stagnatio seu stasis sanguinis contingit, sed eius tantum per affectam partem progressiuus motus tardior & impeditior redditur. Vniuersum hoc negotium optime & luculenter explicauit STAHLIUS *Diss. de Motibus humorum spasmaticis, a motu pulsus ordinarii diuersis Cap. 8-12.* Ex hac igitur tam insigni vasorum partiumque distensione & replectione, oriuntur dolores illi capitibus supra nominati distensivi, grauatus, ardentes, tensui atque sensus caloris & pruritus; quod si autem in veram stasis deductus est sanguis, quod omnino nonnumquam accidit, imprimis in lue venerea, vbi maligna materia solidas partes facile adscicit, tum sui corruptione rosiones, ardores intolerabiles atque veram exuleerationem producit. Hi ergo dolores ab ipsa materia dependent. Quo autem finis intentus vel per actualem excretionem obtineatur, vel tanta humorum molis, partes eximie distendentis stasis metuenda praecaueatur, instituitur in parte affecta & distensa actus seu coniunctus reciprocus expulsorius, per actiuamcam que spasticam, iam durae matris iam pericitanii fibrarum nervo-membranarum stricturam, quae cum maxime sensibilis sit, efficit dolores punctionis, laciniantes, vellificantes,

Cantes, atque si in uno loco continuo perget, statarium ac infixum quasi dolorem reddit. Conf. STAHLII *Propempton inaugurale de Cephalalgia liaco-hematica.*

§. XIII.

Licet autem finis huius congestionis sit, ut per tantam humorum molem, grauitate sua prementem, ostiola venarum circa nasi radicem haerentium, perrumpantur & hemorrhagia succedat; attamen sapissime accidit, ut hoc negotium frustra instituatur, cuius rei variae possunt esse caussae. Sanguis enim congestus, si per se spissus est, difficiliorum sui, quam floridus, admittit aditum, & si omnino in extrema vascula penetrauit, faciliter stagnat, & mora tantum sui portionem, serosam nempe & acrem dimittit, *Coryzae* nomine. Vel viarum, per quas sanguis fluere deberet adeat stricatura & angustia, per motum renitentem excitata, quæ tum omnem, & sanguinis & ser excretionem impedit. Atque hoc potissimum de *completa* sanguinis versus caput congestionevaleat. Non enim tam directis motibus semper instituitur congestio, sed saepius lato diffusoque ambitu humores versus caput diriguntur. Hoc quidem eodem, toni nempe instrumento peragitur, humores autem tam alte tamque proprius ad hemorrhagicum locum non perueniunt, sed dum eminus tantum tergiuersando in partibus musculofo-tendinosac membranaceis detinentur, particularum seroso-sulphurearum & salino-acriū contingent secessio, quæ sensibilius solidis partibus molestum senium ardoris, pressionis ac tensionis infert. Hæc *rheumatica* dicitur congestio, & potissimum tunc eueniens solet, si vel antecedens aliqua congestio, sinistro sui euentu, stases, inflammatio-

nes, ulcerationes, erosiones, concrementa polyposa, siue aliud quodcumque damnum reliquerit, vel eiusmodi damnum ab aliqua violentia externa inductum sit, vel tandem si in hominibus proiectoris quidem atatis, sed in iuuentute aut capitis doloribus aut hæmorrhagiis narium adsuetis, per caussas accidentales & procatarcticas, imprimis per mensum aut hæmorrhoidum turbas, talis euenit versus locum alias adsuetum excretorium, motuum *palindrome*, vbi quidem euacuatio tentatur, sed cum nec ætas nec reliquæ circumstantiae respondeant, ad finem non perducitur, & si pertinax animi indoles accedit, una congestio, eiusdemque sinister euentus, semper aliam inuitare solet, vt hinc eius modi affectus locus, tandem arx coniurata sit omnium malorum, cuiusmodi indolis *Hemicrania* & *Cephalæa* potissimum esse solent.

§. XIV.

His igitur generatim præmissis, cauissisque tam materiali quam formaliter explicatis, facilius ad cuiusvis affectus specialiores ac procatarcticas caussas progressimur. Vbi statim ab initio indicandum esse iudico, nullam inter occasioales caussas efficaciorem esse ad Cephalalgias prouocandas, quam hæmorrhagiarum naturallium suppressionem & artificialium neglectionem. Cuius rei veritatem eximio probat exemplo *LENTILIVS*, *Miscell. med. de Cephalæa ex intermissa Venæ sectione in pede*. Huic vero omnino ad latus ponenda est *consuetudo*, siue ille habitus humores alacriter sepiusque ad caput transferendi, quippe locum vbi vel alias sanguinis perruptio successit, vel saltim antea tentata est. *Vid. §. præced.*
Id

Id quod potissimum feminis hysteris euenire solet, quia-
rum plurimi affectus a negotio menstruuo turbato depen-
dent. Quare sub initium motus in vicinis partibus hypo-
chondrii ac matricis expulsorii, spastici instituuntur, qui,
si succedant menses, euaneantur; si minus, motus ad-
grediuntur pectus, variis tensiuis ac spasticis contentioni-
bus, atque nec ibi finem obtinentes, progrediuntur ad
caput, ibidemque sanguinis vrgent expressionem, illo
spasmodorum adparatu, quem sub signis Clavi hysterici in-
dicauimus. Quod adeo experientia firmatur, ut femi-
na hysterica mihi nota sit, quæ singulis mensibus recur-
rente gravissimo dolore capitum adficta, semper & statim
excretione nonnullarum congruumati sanguinis guttula-
rum ab eo liberata est. Et quid hirudinum ad tempora
ad applicatio valeat testantur A. N. C. Dcc. I. a. 6. obf. 9.
ZACVTVS LVSITANVS Praxi Admir. Lib. I. obf. 9. In-
teriorim tamen & aliae seroso-mucidae excretiones suppressæ
eximie ad Cephalalgias contribuunt, imprimis sudores
retropulsi. Per consensum porro capitis cum ventriculo,
mediante pari octauo neruorum, huius deprauatio qui-
dem facile etiam caput adficit; vid. Excell. Dn. PRÆ-
SES Confy. Therap. special. Editione nov. Tab. de vertigi-
ne; interim tamen consuetudo humores sèpius illuc di-
rigendi, plus quam purus consensus efficit. Animi patho-
mata aequa haud parum conferunt ad Cephalalgias exci-
tandas, imprimis autem iracundia, maxime tacita. Præ-
terea insignes sanguinis commotiones, dieta spirituosa,
inebriatio, partium inferiorum refrigeratio, capitis olim
passa violentia semper idonea sunt, ad translationes ver-
sus caput perficiendas; quod omnino in febribus, præ-
cipue acutis, ob easdem, quas allegauimus caussas, fi-

eri solet. Peculiaris tamen adhuc momenti est disposi-
tio hereditaria & sensibilitas, cum infantibus commu-
nicant morbos, quibus parentes laborauerunt. Deni-
que feminæ a leuissimis caussis, v. g. odoribus suaveo-
lentis capitis corripiuntur dolore, de quibus vid. STA H-
LII *Diss. de Teneris ægris*, quemadmodum singulare exem-
plum huius sensibilitatis allegatur in A. N. C. *Dec. 2. a.*
2. obs. 140. §. a. 10. obs. 3.

§. XV.

Quod ad *Cephalæam* atque *Hemicraniam* attinet, uter-
que adfectus generalem caussam cum *Cephalalgia* com-
munem habet. *Cephalææ* enim specialis caussa, quæ
in constitutione vel ulcerosa, vel ulcerata potissimum
quærenda est, innititur ut plurimum caussis generalioribus
prægressis, sanguinis nempe adhuc loca crebris congestio-
nibus, quæ post relictas stases, aut scirrhosas aut ulcero-
sas, fundamentum sunt aliarum, quæ ibidem fiunt, con-
gestionum. Primæ enim atque sincerae congestiones or-
dinarie fiunt satis impetuose, per artus & temperamen-
ti rationem, vid. *subiecta*; unde partes valde distendun-
tur & consequenter relaxantur, atque tum humorum
moli discentiæ non sufficiunt; hinc stagnantes humo-
res facillime stasin & corruptionem incurunt: quod iti-
dem de luis venereæ *Cephalalgia* valet, vbi sanguinis
lymphatica ac tenax corruptio eo aptior est lentore suo
partibus solidis altius se se insinuandi. Paritatione res se
habet in scorbuticis corruptionibus, in regionibus nimi-
rum scorbuto obnoxii. Præter scorbutum autem, ve-
nereumque luem, cutaneæ capitï efflorescentiæ, scabio-
sæ, impetiginosæ aliæve ulcerationes *Cephalæam* sepe
cient,

cient, imprimis autem capitis contusiones; vulnera ac
vleera, si præpostere tractata sint. In Hemicrania tan-
dem, licet Plethora eius caussam primariam constituat, ea
tamen non simplex, sed cum aliqua spissitudine, atque
simil sulphureo-bilioſa dyscrasia coniuncta esse depre-
henditur, quod cum temperamento Cholerico-sanguineo,
hunc adfectum imprimis obnoxio, omnino conuenit.
Princeps autem cauſa congestio incompleta est, seu
humorum diffusa ad pulsio pro aliqua eorum excretione;
attamen spasmodorum iterum obluctatio contraria, quæ ex-
cretioni per spasticam nervoe-membranosarum partium
contractionem, exquisitissime dolentem, obſtaculo eſt.
Procatareтика vero cauſæ Hemicranie cum iisdem, quas
§. præced. recensuimus, conueniunt; notandum autem
adhuc eſt, quod Venæſectio, si tumultuarie instituatur,
neque sueto tempore repetatur, atque ſic ordo motuum
excretoriorum peruerterat, maxime idonea fit, ad He-
micraniam provocandam. Suam deinde partem speciatim
hic contribuunt, simplicis Cephalalgiae per calida aut
opiata remedia peruersa tractatio, motus arthritici teme-
re repulsi, mutatio vitæ generis laboriosi in ſedentarium,
& nimia tandem vigiliae ac lucubrations.

§. XVI.

Dantur præterea adhuc multæ, eaque plane extra-
ordinariæ cauſæ dolorum capitis, quarum nonnullas e
diuersis Auctoribus adlegabo. Sic A. N. G. Cent. 3. p. 30.
periodicam & valde pertinacem Cephalalgiam exhibent
ab hydrope cerebri. Cephalæam & Cephalalgiam a ver-
me per nares excreto ortam referunt ZAC. LVSIT. Pr. adm.

lib.

*lib. I. obs. 7. BLEGNY Zod. gall. A. 1679. Mens. Apr. obs. 3.
Bresl. Gesch. 32. Vers. p. 436.* Ex lapide in nervis
opticis cephalalgiam exhibet BLEGNY *I. c. obs. 14.* atque
a lapillo intra duram piamque matrem hærente *A. N. C.
Dec. 1. a. 8. obs. 48.* nec non ex glandula pineali petrosa
A. E. L. A. 1699. Mens. Mart. p. 397. Ex materia lapidea
duræ meninge adnata eamque spiculis suis pungente *CAT-
TER. obs. 15.* Maiorem vero prouocantium & singularium
caussarum numerum exhibit *WALTHERI sylua medi-
ta, WEPFERI Observations & GABELCHOVERI Curationes &
Observationes medicinales.*

§. XVII.

Progredimur ad difficultates, quæ circa prognosin
& curam dolorum capitis versantur. Omnis fere æui pra-
etici iam fassi sunt, dolores capitis pro caussarum & sub-
iectorum diuersitate, multa sibi creare negotia, quod
ab HIPPOCRATIS temporibus ad nostra vsque, omnium
scripta abunde testantur. Conf. ZWINGERI *Theatr. prax.
med.* Vnde nobis incumbit harum difficultatum nonnullas
in medium proferre, licet ex iis, quæ sub *atiologya*
dicta sunt, variae iam colligi possint. Primo singularis
momenti est consideratio ipsius capitis structuræ anato-
miae. Non solum enim ingens sanguinis copia per ca-
paces illas vtrinque locatas arterias Carotides & verte-
brales perpetuo intra caput propellitur, sed eius quoque
per caput transitus reliquo motu longe tardior est. Hæ
siquidem arteriæ, quam primum caput intrant, deponunt
tunicam tendineam, atque in ipso deinde capitis cauo,
eadem adeo inuicem complicantur ac variis mirum in
modum diuisis ramificationibus curuantur, ut impetuoso

fo sanguinis adpulsui systaltico magnopere resistant. Sanguis demum copiose colligitur in quatuor illis capacibus cerebri sinibus, atque in minoribus, quorum innumeris & exilissimi ramuli per totam cerebri substantiam varie distribuuntur, ex quibus tandem lento valde motu per iugulares venas, valvulis instructas, ad cor refluit. Tardus quidem iste motus pro secretione nobilissimi illius fluidi nerue sumane necessarius est, vid. Venerandi nostri Senioris FRID. HOFFNANNI *Med. Systemat. Lib. I. Sed. III.* Cap. 1. eamdem vero ob caussam sanguini facile spissa conciliatur consistentia, qua nonnumquam in stagnationes, veras stases & corruptiones abit, conf. hac de re GOHLII *Tract. supra cit. Cap. 4.* quemadmodum idem in analogo per venam Portæ & hepar sanguinis circulo contingere iamdudum demonstrauit STAHLIVS *Diss. de V. P. Porta malorum.*

§. XVIII.

Quemadmodum autem tardus ille motus in omnibus contingit hominibus, minime vero in omnibus tam infeli successu; ita noxiis huius eventus caussas subiectorum consideratio §. 9. potissimum suppeditat. Non solum enim homines a iuuentute vitae addicti sedentariae, sed & illi saepius, qui mobilem vitam cum sedentaria commutarunt, Cephalalgiis vexantur. Omnibus enim notum est, in hominibus vegetis & bono appetitu præditis, adesse maiorem sanguinis quantitatem, quam quæ requiritur pro corporis nutritione. Quoniam autem nec transpiratio nec reliquæ excretiones ordinariæ sufficiunt ad superfluum sanguinem eliminandum, ille vero indies denuo augetur; motus eius per partes impeditior redditur,

D

tur,

tur, & efficit tandem, ut consistentia illius spissa reddatur. Ex his vero facile colligi potest, quod sanguis iam per se spissus & per totum corpus ægre transiens, propter rationes §. præc. traditas, eo ægrius quoque per capitum valde exilia vasa progrederiatur, eoque maiora ibidem proferat incommoda.

§. XIX.

Femininus quidem sexus varias ob rationes doloribus capitis veluti *κατ' εξοχὴν* subiacet, parum autem ei cedunt litterati meditabundi. Quare hic morbus, artis salutaris famam eximie infringit. Ingens feminarum numerus vitam agit sedentariam, partim pro fortis conditione coactam, partim commoditatis caussa sponte eleétam, quam' ordinarie lauta & abundans comitur diaeta. Ex hoc autem vitae genere non sanguinem solum reddi spissum §. præced. indicauimus, sed eius quoque per loca excretoria exitum difficiliorem fieri, sub *caussis* dictum est. Vnde mensium oriuntur anomaliae, & ex his sanguinis versus loca superiora congestiones & vniuersus spasimorum adparatus sub *signis* indicatus. Vnde non mutato vite genere, ut mensium turbæ, ita & capitis afflictiones perpetuo recrudescent, & ita obfirmantur, ut denique per cauſarum perpetuam repetitionem in habitum prauamque confuetudinem abeat. Et quia per congruam curam tantum obtinetur mitigatio, malunt homines per totum vitae cursum medicamentis utri, quam commodity vitae aliquid detrahere. Huc accedit insignis sensibilitas, huic sexui propria, quæ per morbosum statum eximie augetur. Quæ quidem omnia magnopere vexant medicum, relinquunt autem solatium, quod, obsequen-
tibus

tibus ægris, morbi tandem obtineatur curatio, infelix vero successus non medico sed ægro adscribendus sit. Quod attentione omnino dignum est, cum malo adhuc recente felix medicatio possit sperari.

§. XX.

Propius accedimus ad difficultates, quibus dolorum capitum curatio stipata est, quas in ipsius morbi indole potissimum querendas esse iudico. Quemadmodum enim vniuersus congestionum adparatus medico multum facilius negotii, ita & noster adfectus non infimum locum obtinet, vid. *Cayff.* Evidem de *directo* effectu congestio-
nis, versus caput factæ, nobis sermo non est: ille e-
nim si sanguinis vel seri per nares euacuatio con-
tingit, concomitantia symptoma ordinarie præsentissime
soluit. *Indirectus* contra effectus, quia vel ob maiorem
impetum, vel diffusam congestionis extensionem, succes-
sus finalis impeditur, nostrum constituit morbum. Atque Indirectum hunc effectum, sinister deinde euentus exci-
pere solet. Siquidem humorum copia, circa caput dif-
fusa, non solum restagnations in partibus vicinis, sed et-
iam ex meatuum dispositione sensibilitate & pertinacia æ-
gri, retrogradas stricturas & plenariam detentionem ac sta-
tin producit. Cuius sinistri euentus multa exempla in praxi
occurrunt, quæ tam in externis quam internis capitum
partibus sese manifestant. Partim enim oriuntur adfectus
inflammatorii, oculorum suffusio, ophthalmia, menin-
gum, aurium, gingivuarum & genarum inflammationes:
Partim vero contingunt stases lymphatico-serosæ, collec-
tiones scirrhosæ in cerebro atque meningibus, concre-
menta sanguinis polyposa in sinibus cerebri, & pro con-
ditione

ditione materiae vel scorbuticæ vel venereæ, partium erosiones, in oculis gutta serena, in prouectiori ætate autem accedere solent lethargici, apoplectici & paralyticci adfectus, præcipue si vertigine antea vexati fuerunt. In confirmationem damni, quod eiusmodi impetuosa versus caput congestio efficere valet, optime quadrat exemplum alicuius cephalalgia extincti, quod BLANCARDVS Anat. *pract. Cent. I. obs. 3.* refert, in quo sectione sunt detecta vasa sanguifera, meninges transeuntia, sanguine eximie turgida, meninges inflammatae, in cranii cavitate VIII. viciae extravasati sanguinis, cerebrum limpido liquore humectatum, quo cerebri ventriculi etiam repleti fuerunt; quemadmodum & tota cerebri substantia valde mollis fuit.

§: XXI.

Ex hoc autem infelici euentu alia generatur difficultas, cuius sub *etiologya* iam mentionem fecimus, quod nempe sinister euentus *prima* congestionis, *secundam* pronocet, quæ præter quantitatis imminutionem sinistrum prioris euentum removere intendit. Semel enim facta determinatione mali in partibus solidis, leuissima occasionalis caussa, copioam humorum translationem excitare potest. Atque hæc eo partinacior est adfusio & spasmorum obliterantium sauitia, quo difficilior est illius hostis extirpatio. Sapientius enim tam altas habet radices, ut nullis medicaminibus internis cedar, imo chirurgicas respuat operations, cuius rei exempla supra suppeditauimus. Hinc mirum non est, si eiusmodi affectus locus iuratum quasi omnium malorum receptaculum post hæc reperiatur. Et licet aliqua impetus mitigatio & quasi armistitium per medicamenta dextre adhibita obtineri possit,

fit, nulla tamen constans pax locum habet nisi caussa belli funditus remoueatur. Incommoda, quæ talis repetita congestio parit, ordinarie sunt caussa priore grauiora & acerbiora. Quamuis enim eiusmodi materialis noxa, v.g. collectio scirrhosa, sepius per totam vitam sine incommodis subsistere possit; frequens tamen versus illam partem motus efficit, ut non raro consecutaria eueniant pericula. Producuntur enim graves infarctus, stases inflammatoriae & suppuratoriae, dolores insignes & nonnumquam febres inflammatoriae cum vita periculo. Cum hac difficultate alia solet coniungi, æque haud exigui momenti, nempe consuetudinis & sensibilitatis tyrannus. Frequens enim motuum congettiorum repetitio, promptitudinem aliquam laepius recurrendi ipsis conciliat, et si caussa materialis sublata sit; quod idem valet de sensibilitate individuali, vbi ad quamlibet leuem tempestatis mutationem aut animi commotionem in partibus ante affectis facilis motum recursus contingit. Quibus denique dispositio hereditaria adnumeranda est, cuius exemplum Hemicrania imprimis exhibet, quam in nonnullis familiis per multas generationes propagari & hinc die Familien-Krankheit appellari, experientia docet, si nempe filii filiaeque idem ac parentes, vita genus eligant.

§. XXII.

Supereft ut de singulis dolorum capitibz speciebus nonnulla adiiciamus. Quod *Cephalalgiam* concernit, ea quidem per se plus incommodi quam periculi impvoluit; quando autem ea semel in prauam abiit consuetudinem, in *Cephalæam* degenerare potest. De *Clauohysterico* §. XIX. egimus, illud tamen adhuc notandum, quod, cum hic

D 3 adfectus

adfectus fundamenta sua habeat in turbis hystericis Venæ Portæ, prius quoque, quam his funditus remotis, non remouetur. *Cephalæa* pro diuersitate cauicularum plus vel minus spongiosa est; quoniam autem constitutioni *ulcerosa* potissimum innititur: eius cura numquam difficultate caret; hoc pertinet præcipue venerea cephalæa. Porro in nonnullis hominibus facilis quidem datur ad caput aditus humorum, sed ob spissum sanguinem difficilis exitus, quare serosa tantum portio excernitur, quod, si saepius recurrat, habitus tandem fit pertinacior, quia naturæ ibidem quodammodo satisfactum est. *Habitualis* tandem *Cephalæa* in *melanochiam* interdum degenerat, & ex FORESTI obseruatione *Cephalæa* cum insigni Plethora coniuncta, præfigit *apoplexium*. *Hemicrania* denique & dolorum atrocia & diuturnitate *Cephalæa* minime cedit; at, quemadmodum hæc species magnum habet commercium cum negotio sanguinis menstruo & haemorrhoidali; ita huius quoque legitimus successus *hemicraniam* interdum sponte soluit. In annosioribus autem multa parit incommoda, & non solum facile oculorum suffusiones relinquit, sed initium esse solet adfectuum arthriticorum; præcipue quando incongrua medicatione sanguis vel ad inferiora restringitur, vbi ischiadicos & podagricos dolores efficit, vel ad viscera pellitur, vbi febres accedunt inflammatoriae. Notandum denique est, quod si dolor in adfecti lateris brachium fese extendit, idque obdormitionis quasi sensu adfligitur, hemiplexiæ seu paralyseos secuturæ metum faciat.

CAPUT

CAPUT II.

Practicum.

§. I.

Quemadmodum bonum consilium saepius optimum est remedium; ita in hoc quoque morbo curando videbimus, bonum consilium plus praestare, quam ingentem medicamentorum copiam.

§. II.

Sane enim licet medicorum scholæ quolibet tempore cephalicis remediis abundauerint, & in scriptis Galenicorum, Paracelsistarum, Helmontianorum, Cartesianorum, vbiue offendamus ingentem horum remediorum supellectilem: experientia tamen, rerum magistra, docet, quod dolores capitis in quam plurimis non auferantur. Horum medicamentorum apparatum qui scire cupit, legat DOLAEI *Encycloped. med.* et ZWINGERI *Theatr. prax. med.* vbi simul videbit, quam sollicite etiam ex diaetetico fonte praesidia quæsiverint, & circa aeris moderamen criticumque alimentorum selectum, anxias & gravissimas ægris prescripserint regulas.

§. III.

Nos quidem hæc in transitu quasi attingimus, sed si probe pensitatur, mirum non est, quod dolores capitis inter scandalæ medicorum relati sint, & etiamnum referantur. Si enim priscis temporibus medicorum errores circa huius morbi veram diagnosin, eum curatu difficilem reddiderunt; nostro sane æuo ægrorum mali mores & commoda vita præcipue efficiunt, ut difficillime negotium

gotium cedat. Quod ad pharmaceuticam curam attinet, ea tribus potissimum consistit indicationibus, secundum ætiologiam Cap. præced. exhibitam, nempe 1) Reuulsione & deriuatione sanguinis particulariter versus caput congesti ad partes inferiores. 2) Eiusdem per totum corpus æquali distributione & diapnoica humorum abundantium euacuatione, 3) Toni debita restitutione, quæ quidem omnia per medicamenta dextre adhibita obtineri possunt, sed nihil certi atque constantis promittunt, nisi causa morbi plethorica quotidie remoueatur, vti colligitur.

§. IV.

Cum igitur e subiectis & caussis Cap. I. allatis manifesto concludere liceat, in hoc affectu curando magis respiciendam esse imminutionem quantitatis, quam correctionem qualitatis; liceat mihi Excell. D. Pres. verba Conspect. Med. Pract. Tab. de Cephalalgia adlegare, quibus concinne, sed luculenter satis, totum continentur curationis negotium: *Exerceatur corpus, inquit, laboribus continuis & placidis, ducta autem largior paullulum ei subtrahatur, sic totum negotium felicius succedet, quam si ingens medicamentorum farrago propinabitur.*

§. V.

Amplior sane est exercitii corporis voluntarii usus, quam qui hic fusius explicetur, cum veteres iam medici illum maximopere commendauerint, & nostris temporibus Venerandus Senex FRID. HOFFMANNVS Med. Systemat. lib. II. Cap. IX. de motu optimo sanitatis praesidio, & STAH-LIVS Diss. de motus voluntarii vnu medico, eundem dignissimis laudibus extulerint. Si vero nostrum tantummodo specta-

spectamus morbum , deprehendimus , motum corporis voluntarium , tam præseruatue quam curatiue , istis satisfacere indicationibus , quas §. III. exhibuimus . Qualicunque enim ratione motus instituatur , impetratur ex eo partium solidarum eximia agilitas & flexilitas , dum fibrae musculosæ ac nerueæ naturalem sui tensionem accipiunt , a rigiditate autem præcauentur , & inquinamens repurgantur , quæ , dum sanguinis massa eas transit , ipsis facile adhærent . Dum vero solidarum partium motus augetur , sanguis incalescit , conquassatur , attenuatur , & excretiones omnes , imprimis peripherica , vegetius succedunt , vnde particularis sanguinis versus caput congesti copia discutitur , per vniuersum corpus distribuitur & tandem euacuatur .

§. VI.

Paucissima quidem sunt , quæ de re tam ardua disserimus , sed tanto grauiora , quanto minus ab hominibus attenduntur , etiamsi indies valde inculcentur . Quod enim ad homines attinet studiis diligenter incumbentes , notum est , scientiarum excolendarum tantam adesse famam , vt vnicam dici horam , exercitio corporis datam , perditam esse credant , cum tamen ex antecedentibus videri liceat , caput , animæ virium officinam , facillime gravissimis subiici morbis , litterarum vegetam culturam valde impedientibus , & magnum illud paradoxon constituentibus , quod quo magis lucubrationibus indulgeant homines , eo minores faciant studiorum progressus . Quare illis maxime & serio commendatur remedium eiusmodi vniuersale , vniuersali scopo accommodatum , imprimis vero motus corporis ambulatorius , isque placidus

E

quidem ,

quidem, sed per nonnullas horas ita continuatus, ut lenis sudor & grata fatigatio succedat; quibus non solum reuulsio sanguinis ad inferiores partes, sed eiusdem quoque maior attenuatio & imminutio obtinetur, vnde liberius per caput transit hominesque ad studiorum continuationem aptiores reddit.

§. VII.

Pari ratione res se habet cum Cephalalgiis feminorum, siue simplices species, siue grauiores, nempe Clavum hystericum & Hemicraniam. Vti enim Cap. I. sub difficultatibus, hunc morbum comitantibus, indicauimus, eo difficilius feminis commendatur corporis motus, quo magis teneræ sunt, quæ Cephalalgiis corripuntur. Quemadmodum enim spontaneum sudorem cane peius & angue fugiunt, ita etiam non nisi cum indignatione exercitium corporis laboriosum sibi commendari audiunt, atque patientius ferunt medicos, farraginem medicamentorum præscribentes & rigidissimam diætan imponentes. Sunt quidem, quæ necessitatem immuendi sanguinis per sudorem omnino perspiciunt, atque singulis diebus per nonnullas horas in lecto decumbentes vel per medicamina adsumta vel potum calidum promouent transpirationem, quod omnino utilitate non caret; sed præter graue, quod iunctum habet, incommode, imperfæcta tantum curatio, obtinetur; tonus enim, cuius maxime ratio habenda est, valde relaxatur, qui vero per motum corporis roboratur. Paucis: Motus corporis singulis diebus per 2. circiter vel 3. horas placide ad sudorem vsque continuatus, indies subtrahendo cauſam, nempe plethoram & spissitudinem coniun-

coniunctam , præcauet congestionem sanguinis versus caput.

§. VIII.

Hac methodo , si omnes vti possent , vel potius si vti vellent , nihil adiiciendum haberemus ; quoniam autem pauciores huic *consilio* auscultant , ad alterum therapiæ momentum , nempe ad *auxilium* accedendum , & videndum nobis est , quæ adminicula *pharmacæ* & *Chirurgia* suppedit ad hunc adfectum profligandum. Monuimus supra §. III , tres obseruandas esse indicationes , si curæ debite satisfacere velimus , & quoniam istæ quatuor dolorum capitî species , quoad curam maxime inter se conueniunt , non necesse est , cuiusvis methodum curandi seorsim exponere . *Prima indicatio* concernit *re-
vulsionem*. In *paroxysmo* igitur , pro reuulsione a capite obtinenda , alui legitimus successus ante omnia respi- ciendus est , quod optime obtinetur applicatione cly- sterum emollientium & carminatiuorum , vel per le- nissima laxantia rhabarbarina vel salino-digestiua , im- pris per Pil. STAHLII seu BECCHERI . Alui expeditio in hoc adfectu tanto magis necessaria est , quoniam , si ob- structio non soluitur , dolores eximie augentur . Præterea ut plurimum vitium primarum viarum conspirat , præprimis in Hemicrania , vnde statim ab initio morbi lene eme- tico-catharticum propinare vulgo solent , sed si status insigniter plethoricus adeat , sola laxantia cum amaris vegetabilibus melius se gerunt , cuius censu sunt infusa e rad. Gent. rubr. rhabarb. herb. centaur. min. aliisque parata . Quod si autem in Hemicrania dolores iam diu fæuierunt , clystres soli emollientes salibus paullulum sti- mulantilios imbuti , adplicantur .

E 2

§. IX.

Primæ indicationi si hoc modo satisfactum est, alteram respicere oportet, & sanguinis orgasmus temperandus, fibrarum autem spastica contractio demulcenda est, per absorbentia, nitrofa, cinnabarina & antimoniana fixa, qualia sunt nitrum depurat. Cinnab. nativ. seu antimon. Ocul. Canc. bezoard. mineral. antimon. dia-phoret, item acidula, acidum citri, Clyss. antimon. portui instillanda. Quoniam vero ordinarie consistentia sanguinis spissa simul peccat, optime conductit, medicamentis iam nominatis addere sal digestuum v. g. Tart. Vitriol. nitr. antimon. arcan. zpl. & similia, quibus non solum sanguis, sed etiam visciditates, in primis viis obuiæ, resoluuntur atque diuresis melius promouetur. His vero statim subiungenda sunt remedia, quæ sanguinem particulariter congestum, per vniuersum corpus æquali-ter distribuunt, quod quidem per eß. Alexipharm. exigua dosi exhibitam obtinetur. Präferenda autem sunt diluentia, decocta vel infusa e Rad. & Herb. diapnoicis parata, vt Scorzoner. Sarfaparill. Cichor. Herb. Veron. teucrri veri &c. nec non per potum Thée & Cof-fee largiter haustum. In *clavo hysterico* Millefolium, quod in turbis hypochondriaco - hysteris specifica efficacia præditum est, vel in forma decocti, vel essentiæ, cum eß. Cascarill. Pimpin. commixtae, egregie se commendat: si autem dolores huic methodo, per nonnullos dies adhibitæ, non cedant, circumspecte eos sedare licet, & quidem per aliquot grana MP. de Cynog. aut Theriac. cœlest. pulueribus supra nominatis miscenda & versus somnum portigenda, ea tamen cautela, vt eodem tem-
pore alii obstatatio non adsit. His vero ut plurimum carere

carere possumus, cum experientia docuerit, Cinnabarin cum aliis conuenientibus mixtam & maiori dosi exhibitat etiam in valde pertinaci Hemicrania effectum anodynū satis notabilem exhibere, cuius rei testimoniū adlegat *Excell. Dom. Praef. Conf. Med. Pr. Tab. de Hemicrania.*

§. X.

Quod vero *Cephalēam* strictim concernit, in eius cura circumstantiarum ratio habenda est, & medici iudicio relinquendum, an curatio a purgatione, vel potius ab humorū correctione incipienda sit. Quodsi enim simplex causa phthorica adest, eaque tantum vel pertinax, vel habitualis & sepius recurrens, manet eadem methodus §. praecedentibus in reliquis dolorum cāpitī speciebus commendata. Quando autem iam statīes adiungunt seroso-mucidae & tēnaces, fortior earum requiritur resolutio per anticatarrhalia atque acria resoluentia & diuretica, qualia sunt: Rad. Ari, Pimpin. alb. Vincetox. Angel. Herb. amara scord. Cent. min. Card. bened. Ligna mundific. Gummi-resinæ resoluentes, vt ammoniac. Galban, imprimis autem tinctura alcalinæ v. g. antimon. & Tart. cum salibus digest. supra laudatis, licet in hac humorū correctione diluentia e rad. & Herb. antea indicatis cum leni laxante combinata, reliquis formulis praeferenda sint, nisi quod in serosa magis dyscrasia ex commendatione *Excell. D. Praef. Eff. succin. c. spirit. volat. C. C. & Tinct. Tart. egregie conducat.* Hac methodo, per nonnullos dies adhibita, laxans propinetur ad materiam e corpore proscribendam, idque prout circumstantiae postulant, vel fortius, e Galap. Helleborinis, Extr. Panchym. Crol. aut similibus paratum, vel lenius,

rhabarbarinum, Pil. STAHL. & BECHER. &c. *Cephaea scorbutica* & *venerea* exposcit mali primarii extirpationem; de quibus hic fusius differere non possumus, illud tantum adicientes, quodsi iam prescriptæ methodo inueteratum malum, licet a simplici caufa ortum, cedere recuset, ad eius fortiorum colliquationem & remotionem, mercurialia, vt in statu venereo, tentanda sint, quemadmodum in humorum extrauasatione ab externa violentia, si certa adsint signa, ad trepanationem confugiendum est.

§. XI.

Tertiam denique indicationem quod attinet, nempe soni roborationem, ea neque in omnibus necessaria est, neque prius tentanda, quam in paroxysmi declinatione. Ex tot vulgaribus tonicis pauciora tuto adplicantur, mixtura autem tonica STAHLII, e spiritus C.C. rectif. Part. I. & Tinct. antimon. part. II. composita & modice propinata, optime se commendat. Sic etiam ante citara alexipharmacæ, si continuantur, effectum æque tonicum edere solent. Tonico-neruinorum numero porro adnumeratur est. succin. quæ præter lenissimum tonicum effectum, etiam diuretico-discutientem habet, & cum simul remotiue agat, tuto adplicantur; cum martialium contra vsus in hoc affectu valde ambiguus sit, nisi quod Croc. mart. antimon. aperit. STAHL. debita circumspetione exhibitus, imprimis in Hemicrania, bonum edat effectum.

§. XII.

Restat, vt de *externis* remediis adhuc nonnulla addiciamus. Quemadmodum finalis caufa plurimarum congestionum versus caput, narium hæmorrhagia est; ita felicius hic morbus curaretur, si certum & tutum habemus remedium, quo hæmorrhagiæ illam arte prouocare

re

rē possemus. Commendantur quidem in hunc finem variā, sed incerto effectū, v. g. Comi Millefol. flor. gramin. setæ suillæ &c. ipsa vero narium scarificatio more *Aegyptiorum* externe prope nasum, vel interne in eius septo facta, plus fortasse præstaret, si vsu recepta esset, quam reliqua artificia. *Conf. STAHL. Progr. de Scarificatione narium aegyptiaca.* Interim tamen ad applicatio *hirudinum* ad apicem nasi, tempora vel aures in his affectibus, imprimis Cephalæa, sèpius magno cum fructu facta est; quæ etiam in paroxysmo tuto fit, præsertim in Hemicrania virorum quæ ab haemorrhoidum suppressione ortum duxit, vbi tamen meliori effectu haemorrhoidalibus locis applicantur. Omnibus autem hisce modis sanguinem superfluum subtrahendi & simul deriuandi, præferenda est Venæsectio in pede. Hæc quidem in paroxysmo non commendatur, nisi quidem instat summe plethorico & congestionie tam vehemente, ut maiora inde mala metuenda sint; extra paroxysmum autem, imprimis circa æquinoctia, sufficiente quantitate instituta, nouum mali recursum ad vota præcauere solet.

§. XIII.

Inter externa remedia pro reuulsorio scopo egregie etiam conducunt *pedilunia*; notandum vero est, quod nec nimis calide nec nimis frequenter adhibenda sint, quibus casibus maiorem sanguini ebullitionem conciliant; alii autem successus sub eorum vsu legitimus esse debet. *Ligature* demum & *frißiones* cum panno aspero in eundem finem bono cum effectu usurpantur. In casibus autem rebellibus, Cephalæa v. g. a suppressione & repulsione excretionum ferosarum oriunda, nec non in Hemicrania valde pertinaci, *apophlegmatismi* partim per *fonticulos*, &

pro

pro re nata, per *setacea* instituendi sunt, partim vero efficax reuulsio, adlicatione *cenurbitularum cæcarum & vesicatoriorum*, tentanda est. Loco denique adfecto externe multa quidem ab Auctoribus exhibenda commendantur; sed quia hæc tantummodo superficialia sunt atque ad morti cauſam alte non penetrant: vix possumus præter spirit. vini camph. croc. vnguent. alabastrin. & Rad. Rhodiam, epithematis forma adPLICatam, aliud certi de illis adserere.

§. XIV.

Si hac medicatione paroxysmus cessauit, eiusdem recursus præcauetur iisdem indicationibus & remediis, de quibus iam mentionem fecimus. *Quantitas* nempe sanguinis superflua subtrahenda est per *Venæsecções* circa æquinoctia, & si hæc non sufficiunt, etiam circa solsticia institutas; quo etiam *scarificationes* in adiutis referendæ sunt. *Consistentia spissa* corrigitur per supra laudata incidentia, resoluentia & sanguinis æqualem distributionem promouentia. *Qualitas autem vitiosa* per temperantia corrigitur & diluentia. *Omnium vero maxime respiciendum* est negotium mensium & haemorrhoidum, quarum excretionum legitimus successus, præsertim in feminis, per vsum *Pil. STAHLLII* aut *BECCHERI*, singulis mensibus per quatuor vel plures dies, repetendum, obtinetur, ac cum quascunque dolorum capituli species ordinarie soluit. Quoad *dietam*, in sensibilibus subiectis, Hemicrania vel Cephalæ laborantibus, omnino nocent cibi dyspepti, nimis fisci, aromatici, potus spirituosi, aer humido-frigidus & transpirationis suppressio, imprimis autem animi commotiones qualescumque; sed ultimo loco præ reliquis omnibus regulis, motum corporis placidum tam præferuatue quam curative institutum, ægris hoc morbo correptis, iterum iterum que commendamus.

T A N T V M .

VIRO

VIRO JUVENI

PRÆCLARO ET EGRGIE DOCTO DOMINO
CANDIDATO

IOANNI CHRISTOPHORO
UNTZERO

MULTAM PRECATUR FELICITATEM

PRÆSES.

Viri prudentis character singularis est,
ut opportuno tempore sapienter
vtatur, & τὸ ἔξαρχον δέσμῳ Paulinum
vbique animaduertat. Exempla
quidem in contrarium adferre, odiosum esset:
attamen multa multorum hominum vota, qui-
bus annos sine fructu præteritos reuocare solent,
nimis sero audiuntur. Quare magno mihi sem-
per fuit, eritque solatio, quoties vidi, & in po-
sterum videre licebit, temporis iacturam non
omnibus esse communem. Id quod TVO, Cla-
rissime Candidate, exemplo, latus obseruani.
Postquam enim hac in urbe & natus & educa-

F tus

tus es : ipsa loci natura TIBI fuit commoda,
addiscendi ea, quæ faciunt iuuem tam mori-
bus, quam doctrina probe cultum. Quare lit-
teras, quas vocant humaniores, non oculo fu-
gitivo, seu in transitu, adspexisti, sed, preter
sic dictas eruditorum linguis, etiam gallicam an-
glicamque TIBI reddidisti familiares. Cum-
que postea Medicinæ TVVM dicares studium:
optime reputabas, artem hanc salutarem, Cam-
pum habere ampliorem, quam ut consueti trien-
nii cancellis includi posset. Vnde primum vitæ
academicæ curriculum tanta peragebas industria,
ut altero in stadio, agrotantes in regio, quod
Hala nostræ est, pædagogio, & in schola Or-
phanotrophei latina curæ TVÆ atque inspecti-
oni commendari potuerint. Qua in palestra cum
satis exercitatus es, idoneus eras, ut medicus
constituereris ordinarius laudabilis illius institu-
ti, quod PERILLVSTRIS DOMINA de
GERSDORF, orphanorum educationi conse-
cravit. Nunc, munere deposito, redis in patri-
am urbem, & tandem eos consequeris honores,
quos Alma Fridericiana industria TVÆ ex me-
rito confert. Gratulor ergo TIBI & gratulor
dilectissimis Parentibus, DEVIMque ter O. M. pre-
cor, ut ea omnia Reipublicæ sacra sint & fructuosa.
Vale. D. d. X. Oct. MDCCXLI.

NOBI-

NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO DOMINO
CANDIDATO

IOANNI CHRISTOPHORO
UNTZERO

FAVSTA QVÆVIS ADPREFATVR

JO. EBERHARDVS JVNCER

MED. DOCT.

In vita nostra ad omnes res prudentia est ad-
hibenda. Hanc Cicero inter quatuor offi-
cia viri boni primo loco ponit. Est autem
prudentia idem ac prouidentia & circum-
spectio, ne ad certum periculum adducamur. Na-
uigantes hoc unum laborant, & omnes curas
huius accommodant, ut scopulos in mari syrtes-
que naufragas fugiant: & viantes in itinere ca-
uent, ne de via recta deflectant aut depellantur.
In medicina quoque admodum multi casus nobis
offeruntur, in quibus prudentia, cura & cau-
tione opus est, ne offendamus: hinc Medici pru-
dentes & periti audiunt, qui non solum sciunt
medicinam facere, sed etiam exspectare, motus

naturæ salutares obseruare , eique la nguenti manus adhibere , impedimenta remouere , & in rebus arduis nihil audacter & temere suscipere , ne salutem agrotorum offendant . Schola Saternitana duo tantum Medicorum scandala , hydrope nempē & quartanam , posuit : TV vero , Candidate dignissime , bac TV A dissertatione inaugurali aliam adbuc offensionum speciem in doloribus capitis doces , in eaque specimen diligentia & experientia TV AE offers . Non solum enim stadium studiorum cum animi adlicatione & præstanti industria rite emensus es , sed cum laude etiam hic & apud alias curam & grororum habuisti . Redux autem factus immunitatum medicarum publicum sigillum expetiisti , quod TIBI etiam bodie offertur . Gratulor TIBI , Amice , hos honores , quos ceu præmium assiduitatis capessis . Et cum nullus dubito , quin officium boni viri , hoc est , prudentis Medici perfecturus sis : diuinum fauorem & gratiam felicesque successus TIBI expeto . Vale . Dab . Halæ Magdeb . D . XVIII . Octobr . MDCCXL .

PRÆNO-

PRÆNOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

FAVTORI ET AMICO AESTVMATISSIMO

S. P. D.

J. G. KRÜGER.

MAgnam, quam semper delectationem capio, ex præclaris ingeniorum erectiorum studiis, nunc etiam disimulare nequeo. Quare non concedam ut, quod aliis in arenam academicam prodeuntibus præstigi gratulationis publicæ officium, in TE, Doctissime Amice, iam desideretur. Facio id eo lubentius, quo rariores & minus frequentes sunt tales, etiam ex conterraneis nostris, qui ad veræ eruditionis laudem & infuscatæ virtutis præmia adspirantes, utilitati publicæ viuunt. Indulgent, prob dolor! plurimi ingenio suo & omnibus vita peruersæ illecebris. Prateritorum obliuiscuntur, præsentia negligunt, futura non curant. Ast qualis quæso tantorum malorum fons atque origo? Dicam quod sentio. Petulantioribus ani-

mis

mis speciosus libertatis academicæ titulus arri-
det, frena mordere consueti, effrenem licentiam &
vitiorum impuritatem querunt. Existimant
gladio alligatis nemini de via cedere, neminem
salutare licere. His calcaribus impulsi, iusto ci-
tius ad academias, Mineruæ sacra auolant, & pue-
rilitatem in omnem vitam transducunt. Hi cum
grammaticam & elegantiores, quas dicunt, litte-
ras ut viles & labore indignas res alto supercilio
contemnunt: Priscianum semper fere & ubique
offendunt, nunquam cum ipso, nisi Dius placuerit,
in gratiam reddituri. Oleum propterea & operam
perdunt, qui ad scientiarum mysteria præpropera
festinatione auolant, & reconditis disciplinis te-
merario ausu immisceri cupiunt, nondum ex ephes-
bis egressi. Nascuntur tales in detrimentum rei-
publicæ, qui, dum vix de alia re, quam de vesti-
mentis ancilla matris sue dilectissimæ ornatoriis
bus quam par esset, differere & solent & possunt,
muneribus publicis admouentur. Longissime abes,
& semper absfusisti, Doctissime Domine Candidate,
ab hac peruersissimorum hominum turba. Omne
enim tempus, a quo futura salus pendere solet,
in studiis consumfisti, que hominem vere perfici-
unt & sibi aliisque utilem reddunt. Arti saluta-
ri laudabilem nauasti operam viam monstrante
VIRO in praxi medica incomparabili, & de genere
buma-

humano preclare merito & adhuc merente, EXCEL-
LENTISSIMO JVNCERO. VIRO hoc vere pio,
sincero & docto duce, fieri non potuit ut inutilia &
minus olim profutura prætuleris utilioribus & adeo
necessariis, ut a felicitate humana sciungi neque-
ant. Vedit iam orbis luculenta dexteritatis
TVÆ in sanando specimina. Accedit morum
integritas & elegancia omnibus bonis probata.
Quare TIBI, Doctissime Domine Candidate
gratulor honores academicos, a gratiose medico-
rum ordine decretos, quibus nihil est ad publicum
diligentie TVÆ testimonium honestius, & ad
aliis inferuendum accommodatus. Fortunet
DEVSO. M. Tuos labores praticos, illosque
in rem TVAM & emolumentum publicum feli-
cissime cedere iubeat. Vale rectissime.

De Frage ist nicht ungemein:
Wo muß im Menschen doch der Sitz der Seele seyn?
Kein Wunder, wenn man aus des Hauptes Schmerzen schließt,
Dass in dem Haupte auch der Seele Wohnung ist.
Wenn sonst ein andrer Schmerz verschiedene Glieder plaget,
Und ein verwegner Stich an harten Knochen naget;
So ist es zwar ein Schmerz der auch die Seele trifft
Doch keine Wiedrigkeit in ihrer Wirkung stiftet.
Allein wenn unser Haupt der Schmerzen Stiche fühlt,
Und das erhitzte Blut in zarten Fäfern wühlet,
So ist der edle Thell als wie vom Schlag gerührt
Und von der Seele wird das Ruder schlecht geführt.

Den

Den Schmerz, Geehrter Freund, nennst du ein Aergerniß.
Du hast auch völlig Recht. Die Sache ist gewiß
Ein Aergerniß für die, die in dem Schmerzen beben,
Ein Aergerniß für die, die ihn gar seitn heben.
Beweise deine Kunst, und hebe diesen Stein,
Manch angefochtne Haupt wird dafür dankbar seyn.

Dem Herrn Doctori gratulirte hiedurch zur
angenommenen Würde mit herzlicher Un-
wünschung alles Segens und Wohlgergehens

Friedrich Eberhard Nambach.

Diac. Marian. Hal.

Sic tandem cingit TIBI tempora magnus Apollo
Lauro, quam præbet cunctis, qui spernere vulgus
Incultum curant, genium quod stramine pascit.
TV scandis cathedram, non pallidus is metus hostis,
Pectore dum forti vincis, quum tela vibrantur.
Dulce decus! luctans quod nunc diligentia carpit,
Gratulor ex animo, quo iam fulgebis, honorem.
Appreco, vt morbis cunctis solatia præstes,
Arte TVA crescas, numquam minuantur amici.

Hæc gratulabundus adiecit

J. D. K. G. C.

31

Gest es Hoch-Eder Freund, schon einmal eingeführt,
Dass, eh man Doctor wird, man erstlich disputirt:
So darfst doch Du Dich nicht um diesen Titul tancken.
Denn, stellst Du Dich gleich auch zum klugen Zweykampf dar,
So ist doch ausgemacht und längstens offenbar,
Du habest Deinen Hut und schönes Purpur-Kleid,
Das Dich nach Würden ziert, nicht dem gelehrten Streit,
Nein, sondern Deiner Kunst, Verdienst und Fleiß zu danken.

Dieses schrieb aus Hochachtung
und Liebe

Johann Friedrich Job. J. V. Ldus

an d. d. Hoch-Freyherrl. Gersdorffl. Ge-
richts- Verwalter und Secretarius zu Groß-
heundersdorf bey Zittau.

Hygea weint, und ihrer Würde Pracht,
Die ehedem nur kluge Scheitel zierete,
Und deren Glanz der Völker Herzen rührte,
Verhüllt ein Dunst und schwarze Wolken-Nacht.
Sie klagt betrübt, ihr Purpur sei entehret,
Ihr Heiligtum mit frecher Faust zerstört,
Ein kühnes Volk, vor allem Wissen leer,
Verfolge sie, drum weine sie so sehr.

Und weine nur! dein Seufzen ist gerecht:
Schet! welch' ein Schwarm um ihren Thron sich findet,
Den Doctor-Hut ihr aus den Händen windet
Und frevellich die hohe Würde schwächt!
Kann einer kaum ein schlechtes Pulver reiben,
Das Podagra durch opium vertreiben,

G

Und

Und Spieltus aus dürren Kräutern giehn;
Gehöre sogleich der Doctor-Hut für ihn.

Der bringt und trost auf seine Wissenschaft,
In kurzer Zeit durch schwitzen und purgieren
Geschwulst und Krebs und alles zu curiren;
Und jener pocht auf seiner Salben Kraft.
Der hat etwa Hippocratem gelesen,
Und weiß wohl kaum wer Aesculap gewesen,
Und bildet sich aus tolem Wahnsinn ein,
Er müste wohl Hygeens Liebling seyn.

Doch nur getrost! Hygea fasse dich,
Der Söhne Schaar, die Phobus dir erzogen,
Die an der Brust der Weisheit selbst gesogen,
Entbrennen schon und rüsten eifrigt sich!
Sie rüsten sich, die Aster-Brut zu dämpfen,
Die Raseren der Thoren zu bekämpfen,
Und siehe da! hier ist ein achter Sohn,
Der kämpft um dich und kämpft um deinen Thron.

Nimm, Werther Freund, nimm diesen Ehren-Tanz,
Den, weil Du schon bisher so gut gefochten,
Hygeens Hand vor Dein Verdienst geslochten,
Vermehre nur noch ferner ihren Glanz!
Ich seh schon den Schwarm der Thoren weichen,
Sie fürchten sich vor Deinen Sieges-Zeichen.
Drum freite nur und weiche nicht zurück
So steigt Hygeens Ruhm! so wächst und blüht dein Glück!

Johann Jacob Weber.

Med. Cultor.

Gewünscht,

Gewünscht, gehofft, geschehn: ich sehe nun Dein Glück;
Es lohnet Deine Müh, es stillt mein Verlangen.
Mein Freund, ich denke jetzt, an jene Zeit zurück,
Da wir der Weisheit uns zu widmen angefangen.
Schon damals merkte ich von Deinem Fleisse an,
Durch den Du andern oft ein reizend Beyspiel worden,
Das was ich nun vergnigt als wirclich sehen kan.
Hygea nimmt Dich auf, als Glied, in Doctor-Orden.
Nun wird der ganzen Kunst der Weisen offenbar,
Dass Du mit Eyfer Dich der Weisheit hast beflissen.
So wird an Dir erfüllt, so ist und bleibt es wahr:
Wer seinen Fleiß nicht spart, den wird die Ehre küssen.
Glück zu! was Dich vergnigt, das ist auch meine Lust:
Dis fordern ja von mir der treuen Freundschaft Triebe;
Die überliefern Dir den Wunsch der frohen Brust,
Die Frucht der zärtlichen und unverfälschten Liebe.
Der Schöpfer leite Dich in wahrer Geistes-Ruh:
Er schaffe daß Du kannst in steter Freude sitzen.
Und legt er überdem Dir viele Jahre zu:
So wird Dein Fleiß und Kunst der Welt noch vieles nützen.

Mit diesem wollte seinem geehrtesten Freunde,
wegen der erlangten Doctor-Würde
Glück wünschen

Johann Christian Kneisel, Hal.
Der Gottesgelaßheit Beßlissener.

Dulcis

Dulcis Amice TIBI collatos grator honores,
Quos animi dotes promeruere TIBI.

En! Iector TEcum: nam quid mihi carius esset?
Tu meus es alter spiritus, alter ego.

Hinc pro TE tendo supplex ad fidera palmas,
Vt faueat Summum Numen vbique TIBI.

Sis Medicus felix! nil nostrum frangat amorem.
Viuas! TE nullo sollicitante metu!

*Integerrimo Amico amicus gratula-
bundus scripsit*

JOANNES DANIEL BVSCH,

Hal. S. S. Theol. Cult.



Johannes Daniel Busch

1710

300 4 6272

f



TA-OL

Rektos ✓



7

*DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
DOLORIBVS CAPITIS,
SCANDALO MEDICORVM
DIFFICVLTER REMOVENDO*
*QVAM
ANNVENTE SVMMO NVMINE
CONSENTIENTE ORDINE AMPLISSIMO MEDICO
IN ALMA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO
DOCTISSIMO QVE*

DN. D. JOANNE JVNCERO
MEDICINÆ PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
PATRONO AC PRÆCEPTORE PIE DEVENERANDO
PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN ARTE SALVTARI HONORIBVS AC
PRIVILEGIIS LEGITIME IMPETRANDIS
Anno MDCCXL, d. Octbr.
PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT
AVCTOR RESPONSVRVS

IOANNES CHRISTOPHORVS UNTZER,
HALENSIS.

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.*

